



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 1. & 2. Quænam est materia Baptismi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

58 T R A C T A T U S II.

salutem consequi intuitu fidei parentum, aut voti seu desiderii quod habent ut baptizetur?

D. Th. quod. Resp. Non potest. Dicendum, inquit Divus liber. 6. art. Thomas, quod in pueris nondum habentibus 4. in corp. usum rationis non potest esse motus fidei, & dilectionis, aut propositum suscipiendi Baptismum: & ideo non possunt salvare, nisi per Baptismum aqua vel per Baptismum sanguinis, si propter Christum occiduntur. Ex quo non solum Christiani, sed etiam Martyres sunt, ut August. dicit de Innocentibus: & sic patet, quod puer in deserto moriens sine Baptismo, salutem non consequitur.

---

C A P U T II.

*De Materia Baptismi.*

Quæst. 1. Q UÆNAM est materia Bap-

tismi?

Resp. Duplex distinguitur materia in Sacra-  
mentis, quæ consistunt in usu alicujus rei sensi-  
bilis; altera est res ipsa sensibilis, quam Deus  
instituit, ut sit signum & causa gratiæ,  
quæ producitur per Sacramentum: altera est  
usus & applicatio illius materiæ. Prima dici-  
tur materia remota, secunda materia pro-  
xima.

Quæst. 2. Q UÆNAM est materia remota  
Baptismi?

Resp. Est de fide, materiam remotam Bap-  
tismi, esse aquam naturalem, ut habetur in  
Concil. Trid, Concilio Florentino in Decreto unionis. Mate-  
riæ. 7. cap. 1. ria Sacramenti Baptismi est aqua vera & na-  
De Baptismo. turalis. Et in Concilio Tridentino sic habetur.  
Si quis dixerit, aquam veram & naturalem

De Sacram. Baptisni. Cap. II. 59

non esse de necessitate Baptisni , atque ideo  
verba illa Domini nostri Iesu-Christi , Nisi  
quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu-santo,  
ad metaphoram aliquam detorserit , anathe-  
ma sit.

Quæst. 3. Quælibet aqua est-ne materia  
remota Baptisni ?

Resp. Divus Carolus , post sanctum Tho-  
mam , sic respondet : Parochus populum sa- D. Carol. Ac-  
cramenti Baptisni materiam doceat esse omne tor. p. 4. De  
naturalis aqua genus , sive ea maris sit , sive Baptis. admi-  
Fluvii , sive paludis , sive pustei , sive fontis ,  
qua sine ulla adjunctione aqua dici solet .  
Aliis autem liquoribus aut aquis , qua ex flo-  
ribus , herbis , aliisve id generis exprimuntur ,  
eliciunturve , Baptismum confici non posse  
ostendet . Aquam præterea puram mundamque  
esse pro Sacramento dignitate convenire , nisi  
necessitate urgente in qua uti licet & aquâ lu-  
tulentâ .

Attamen , ut ait Divus Thomas : Si forte D. Tho. 3. p.  
aqua admisceatur in tam parva quantitate q. 66. art. 4.  
alicui corpori quod compositum magis sit aliud in corp.  
quam aqua , sicut lutum magis est terra  
quam aqua , non potest fieri Baptismus .

Quæst. 4. Tenetur-ne quis , si fieri possit ,  
uti in Baptismo aqua Baptisnali Benedicta  
Sabbato sancto ejusdem anni , aut Sabbato Pen-  
tecostes ?

Resp. Dicendum , cum Divo Thoma , quod D. Tho. 3. p.  
illa Benedictio qua adhibetur aquæ , non est q. 66. art. 5.  
de necessitate Baptisni , sed pertinet ad quan- ad 5.  
dam solemnitatem , per quam excitatur devo-  
tio fidelium , & impeditur astutia demonis ,  
ne impedit Baptismi effectum : Illa tamen  
Benedictio , qua adhibetur aquæ , non est de D. Th. m. 43  
necessitate Baptisni . Dicendum tamen , cum sent. dist. 5.  
Divo Thoma , quod non licet Benedictio- q. 2, art. 1.